

Z c  
6097

F R. 62.  
12

DE  
MORTE  
ORNATISSIMAE VIRGINIS  
**CHARLOTTAE**  
**MARGARETHAE**  
**MENCKENIAE,**  
**FILIAE NATV MAIORIS**

ERGA

VIRVM  
EXCELLENTISSLIMVM, CONSULTIS-  
SIMVM ET AMPLISSLIMVM

**D. IO. BVRCHARDVM**  
**MENCKENIVM,**

CONSIL. ET HISTORIOGRAPHVM REGIVM,  
HISTORIARVM PROFESSOREM PVBLICVM  
AC SOCIETATIS REGIAE BRITANNICAE SOCIVM  
CELEBERRIMVM

PIETATEM TESTATVR

**M. IO. GEORGIVS WALCHIVS.**

---

LIPSIAE, a. d. XXVII. Jul. MDCCXVI.  
LITTERIS FLEISCHERIANIS.





EXCELLENTISSIME VIR,

PATRONE PIE COLENDE.



Ehemens est fortunæ casus, qui animum TVVM  
concussit, & de tranquillitatise sede deiecit, nec ul-  
lus fatorum ietus sensus TVOS magis adficere pos-  
se videtur. amissisti filiam, tam culti ingenii, tam  
probatis moribus, vt spem de illa non mediocrem,  
neque cum multis communem, sed singularem,  
eximiari & suauisimam habueris. mortem luges  
filia, in qua magnus bonorum numerus, magna virtutum multitudi-  
se offerebat, & qua singula in singulis huius fortunæ & ætatis virginis-  
bus magna sunt & admirabilia, confociata erant omnia. obuersantur  
animo TVO lamentationes, quas romæ & per italiam parentes miser-  
ri, erexit bona spei liberis, eorum epitaphiis inscriperunt, quos quin  
PIENTISSIMOS, SANCTISSIMOS, OBSEVENTISSIMOS,  
BENE MERENTES, KARISSIMOS, EDVCATOS GRAECIS  
LATINISQUE LITTERIS, quosdam etiam INCOMPARABILES  
predicauerunt, has aut similes voces, vere miserabiles subnotauere:  
FECERVNT, POSVERVNT INFELICISSIMI PARENTES, IN  
FELIX

FELIX PATER, INFELICISSIMA MATER, PARENTES MISERI, MOESTISSIMI, AD LACRIMAS RELICTI, AD LVCTVM ET GEMITVM RELICTI, cetera, quibus miseriam suam dolore & lucri obruti deplorauerunt. (a) namque liberorum donum est munus celeste, præcipue illorum, quibus semen inest virtutum, quiue pietatem & erga Deum & erga parentes magis & magis constanti studio exercent. (b) adeo igitur nihil firmum, munitum, ac stabile in rebus humanis est, & tam fallaces spes nostra sunt, & tam fragilis rerum mortalium fortuna, vt in medio sepe spatio frangantur, etiam ad fastigium perduete, calu quo minime putabamus, in ruinam implentur. recordatio fletus romanorum inerentis animum TVVM potest conturbare, & eo magis TVAM adficit mentem, quo propriorem illis casum TVVM intelligis. quodsi philosophia in aduersis solatium morbo TVO veluti medicinam velis applicare, senties quidem adleuamentum non mediocre, cedes tamen aliquando dolori & desiderio, nec scuto hoc armatus iactus fortunæ res TVAS incurrentis ita sustinebis, vt, ne animum TVVM deturbent, cohibere illos & superare queas. philosophia duo præcipua sunt munia, nempe secundis rebus moderari & aduersa lenire, ne iis succumbat animus, id est bona menti vacare, frenare adfectus, omnia, quæ de statu tranquillitatis deturbant, coercere atque in ordinem redigere. alterum munus eo inlustrius est, quo magis in oculos incurruunt virtutis officia, si res nostræ perturbato interdum fortunæ calu feruntur, quam si placide tranquilleque omnia fluunt. nam vt Plinius (c) scribit, nequam par gubernatoris est virtus, quum placido & quum turbato mari vehitur: tunc admirante nullo illaudatus, inglorius subit portum, at quum sfridunt funes, curvatur arbor, gubernacula gemunt, tunc ille clarus d'is maris proximus. & Maximus Tyrius eadem proponit (d) εὐρη τριπλῆ διατικτῶ πάντα ἐντυχόσαντι, οἱ Θεοὶ ἀνὴρ Αθηναῖος τραπέζῃ Νικίας σωθεῖς εἰς Σικελίαν. Η̄ οἱ Θεοὶ ἀνὴρ θωφορούσεσθαι δημηγορὸς Κλείου, ἐπανελθὼν εἰς Αριψόνδης. ος. "Οταν δὲ ιδὼ πάντα ιντυχόντα καὶ μεθερηθήν, καὶ σραγτούν, καὶ ιδιάτη καὶ αἴχνητα, καὶ αὐθαδα καὶ πόλιν, διατικτῶ ταῖς ἐντυχίαις, οἱ Σόλων Κρίσον, οἱ Αμαστοί Πολυκράτει. Κρίσος μὲν γάρ εἰσεγένετο πολὺν Πολυκράτει δὲ οὐεινόν θάλασσαν αὖτις έπειτα βεβίωσεν, ἐχειν ή γάρ Κρίσον, εἰς η θάλασσαν Πολυκράτει αὖτις έπειτα ορέντης μὲν Πολυκράτην, Κρίσον δὲ κύρωτος καὶ διαδοχής, μετ' ἐντυχίαις μακρός, αἴθριον κακόν. διὰ τόπον Σόλων ἐνδιδασκοντος Κρίσον. σοφὸς γάρ ἦν, διὰ τόπον Αμαστοί αἰπετατο Πολυκράτην. οἰσθαλής γάρ ἦν. διὰ τόπον ἐπεινόν θάλασσαν μακρόν, αὖτις γενέμενον κακόν, αὖτις γενέμενον μόνον, ἔχοντα μὲν τὴν ἀρετὴν, χρωμένον δὲ ἀντῆ καὶ πρὸς αἰκατούς τύχα. quibus de causis cognoscit philosophia varietatem fortunæ, quæ nunquam diu eodem veltigio stet, sed transversa incurrit, discutit stabilita, cuerat opera & consilio firmata, adeoque animi tranquillitatemi, summum veluti bonum homini commendat. verum homines sumus, quos quum maioris causâ & finis fugit, cedimus illi & fortius remedium ad mitigandum & releuandum istum circumspicere nos necesse est. in sacris oraculis & in cœlesti prouidentia, cuius rationem humanum ingenium non semper capere potest, inuenies id VIR excellentissime, quum cognoscet, Deum cum TIBI & TVIS, tum beatæ Filiae TVAE bene cupere. omnia fatorum necessitate concutuntur, nec

2c 697 A.  
nec quidquam in fastigio felicitatis tuto & secure consistere licet: ex-  
(e) Mus. La-  
pidar. Lib. I.  
Mem. XLI.

MORIENS. CVM. DIXERIT. IPSE  
VIVITE. FELICES. ANIMAE. MORS  
OMNIBVS. INSTAT  
HAEC. POSTQVAM. POSVERE  
SEPVLCRVM  
KARI. SCRIPSERE. SODALES.

(f) Cicero  
Tus.  
Quest. III,  
19.

inopinata quidem est mors Filia TVAE & omnia repentina & impro-  
visa sentimus grauiora. (f) verum prudens est, qui cum beate defun-  
cta cognoscit, omne tempus ad mortem esse tempestuum, quie mori-  
ritur ante mortem, id est cuius animus tradit se virtutibus & philo-  
sophice faltem moritur, ille haud moritur, quando moritur, & de mori-  
(g) Epictet.  
encherid. c.  
X. Macrobi.  
in somn. Sci-  
pion. I. 13.  
(h) vid. So-  
cramen apud  
Platonem in  
Phaedon. p.  
49. add. Da-  
cier dans  
les Oeuvres  
de Platon.  
tom. II. p.  
168.

te rectam habet opinionem. (g) amantisimus recti & pii sibi optet  
mortem, vt Dei adspicere fruatur, & animus viribus suis excellen-  
tius, clarus perfectiusque vti & nitere queat. (h) amisisti filiam, &  
cum ea multum gaudium suauissimamque amoenitatem, quam in TE  
mororum eius integritas excitauit, amisisti. virtutes eius mors non ex-  
stinxit neque virtutum memoriam, quae mori neficia, ab annis vires lu-  
mi & incrementum. memoriam pietatis reliquit intra pectoris culta  
penetralia, quae nihilominus vt ignis latere non poterat, sed per alias  
virtutes, quarum parens est pietas, emicuit. effusissime amasti filiam,  
amasti quoque omne iphi gratum & desideratum. quomodo igitur  
discensus eius TIBI acerbus erit & luctuosus, quum tulerit vita bene  
atque innocenter actæ fructum copiosissimum, hæreditatem illam,  
quæ nec eripi nec transferri ad alterum potest? quis enim nollet fu-  
tura præsentibus, diuina terrenis, perpetua brevibus anteponere? TV  
beata MENCKENIA ab omni malo liberata, sine discrimine, sine  
periculo in maxima versari beatitate! Parentes TVI & omnes qui  
TE cognouerunt, memoriam TVI iure meritoque conseruabunt,

(i) in Psalm. Visuit enim, inquit Augustinus (i) in ipsa memoria ille, ubi mortuus  
XLVIII.

(k) de cura  
pro mortuis  
gerenda  
cap. IV. ad-  
de Gutheri-  
um de iure  
Man. lib. II.  
c. 14. f. p.  
262.

et nec etiam, codem teste (k) ob aliud vel memoria vel monumenta  
dicuntur ea, quæ insignita sunt sepultra mortuorum, nisi quia eos, qui  
viventium oculis morte subtracti sunt, ne obliuione etiam cordibus sub-  
trahantur, in memoriam reuocant, & admonendo faciunt cogitare: nam  
& memoria nomen id apertissime ostendit, & monumentum, eo quod mo-  
neat mentem, id est admoneat, nuncupatur. a Te, Gubernator & Do-  
mine vniuersi mundi precor, vt excellentissimum MENCKE-  
NIVM, ornatisimam eius coniugem, splendidam familiam prote-  
gas & tuearis. salutem illius, felicitatem TIBI in posterum commen-  
do: tranquillum & aquabilem cursum rerum eius omnium TIBI  
commendo: vulnus eius coelesti & saluberrimæ medicina Tuæ com-  
mendo. audi Deus, da salutem & prosperitatem MENCKENIO,  
vt res litteraria, academia nostra, mus. mea tenuis habeant incremen-  
tum. TVque beata MENCKENIA iterum vale & fruere felici-  
tate TVA æterna!

Z e  
6097

F. R. 62.  
11

DE  
MORTE  
ORNATISSIMAE VIRGINIS  
**CHARLOTTAE**  
**MARGARETHAE**  
**MENCKENIAE,**  
**FILIAE NATV MAIORIS**

ERGA

VIRVM

LENTISSLIMVM, CONSULTIS-  
MVM ET AMPLISSLIMVM

**O. BVRCHARDVM**  
**ENCKENIVM,**

ET HISTORIOGRAPHVM REGIVM,  
ARVM PROFESSOREM PVBLICVM  
ETATIS REGIAE BRITANNICAE SOCIVM  
CELEBERRIMVM

PIETATEM TESTATVR

**O. GEORGIVS WALCHIVS.**

PSIAE, a. d. XXVII. Int. MDCCXVI.  
LITTERIS FLEISCHERIANIS.

